

IMP · CAESARI
 DIVI · MARCI · ANTONINI
 PII · GERMAN · SARMAT · FIL
 DIVI · COMMODI · FRATRI
 DIVI · ANTONINI · PII · NEP
 DIVI · HADRIANI · PRO · NEP
 DIVI · TRAIANI · PART · AB · NEP
 DIVI · NERVAE · AD · NEP
 L · SEPTIMIO · SEVERO
 10 PIO · PERTINACI · AVG
 ARAB · ADIAB · PART · MAX · I · POST · MAX
 TRIB · POT · VI · IMP · III · COS · III · P · P · F · F · COS
 NVMERVS · CALIGATORVM
 DECVR · XVI

4. p. Chr. 198

In latere sinistro (litterae nominum a. ca. 0,008):

DEC · PRIMA	DEC · IIII	5. XXXXXXXXXXXX ROBVS	VETT · ATRONIANVS
RAGON · CHRYSANT	IVLI · NICEFOR	IVL · SATVRNVS	ATIL · DATIVOS
AREN · APPIANVS	IVLI · PRIMVS	MALLI · MERCYKI	IVL · FORTVNAT
FLAVIVS · FELICISSIM	MODIVS · IVLIVS	FVTVS · FELIX	ALIVS · LVCFER
SVLVI · FORTVNATVS	SENTIVS · FELIX	FVN · FELICIANVS	10 LVCRET · CERIALIS
5 PAMPYL · SATVRNIN	5 IVLIVS · SATVE	10 PRIMI · SECVNDIAN	LEPIDIVS · FELIX
SENTIVS · HERMES	VIBI · PRIMITIVS	VETTI · RVSTIC E	CORNEL · EPORIO
LIVVS · GALVMEDES	FLAVI · CALVPRININ	AVREL · APROBIV	CORN · ATHEN IO
IVLIVS · IVVCARVS	AMELI · SATVRNIN	CARVLL · ATTALIVS	MAEL · DIONYSIVS
NAEVI · MARCIANVS	ATILI · FELICISSIM	CARGIL · FELIX	15 VAL · MARTINVS
10 CLODIO · ONESIIVS	10 TITIVS · FELIX	10 OTAC · PASINICVS	PACVIVS · VTVCIVS
CALP · ANNIANVS	NAEVI · MAXIMVS	AFVL · ABASCANT	IVL · DI · DIONYSIVS
IVLIVS · TREPPIVS	IVNVS · SILVANVS	OCLAT · EVTVCIVS	SECVL · SPANVVS
AEL · FELICISSIMVS	AELIVS · EVODIVS	MALLI · MARO	AELVS · PRIMVS
CORNEL · KORVLVS	OSTES · FLVMEIVS	FLAVI · NIGER	20 IVL · ONORAT
15 CORNEL · EPORIAN	15 CLAV · IANVARIVS	10 LVCRET · PRISCVS	FABIIVS · FELI X
HELVI · VICTORIN	CARLI · ZOSIMVS	CLAVD · VERVS	MESS · AESTIVS
VERAT · FVS CVS	VALERI · PORPORV #6	DEC · VIII ·	DEC · XIII
PISSEIVS · PESTVS	AMELI · SYNORAI	EGRIL · ILIARIAN	IVL · DORYTHOR
BARBI · LORIANVS	IVBEL · OSTIENSIS	MARCI · AMPLIAT	EGRIL · ISI O
20 IVNVS · IVNIAN	DEC · V ·	OTACIL · ASELIVS	PONT · VICTOR
CARLI · FELICISSIM	METILIVS · IAS	IVLI · AVXANON	LICIN · MARINVS
VALER · VALERIAN	VITVVS · ZOSIMVS	5 AEREN · THEODOT	5 AFKAN · STVDIOS
DEC · II ·	LARCIVS · VITALIO	SEX TIL · FELIX	CLAVD · EVCTICIVS
10 PLOTI · MARCELLIN	IVLI · OLYMPIANVS	IVLI · TERMINVS	AGRIVS · CHRYSION
BENER · CLEMENTIA	5 VIVI · PRIMITIVS	SEKIL · IVSTVS	CL · ATHENODORV
FLAVI · IVSTINVS	IVLI · HILARIAN	10 IVLI · BVLOGVS	5 AB · GABINIANVS
STELACI · TERATIVS	IVLI · HERCLIANVS	10 BEBI · SECVNDVS	10 CL · PTOLEMAEVVS
5 IVLIVS · ADYDYSIVS	FAINI · LATINVS	CORN · ACHILLE	ANNIVS · HERMIAS
PETICI · CRESCES	HURTDID · EVTVCIVS	CAREC · PAVLINIAN	AGRIVS · HERMES
AELIVS · HERMA	10 CORN · POMPEIAN	CLAD · SVCESSVS #6	AGERIL · TITIANVS
BARBI · CRESCES	LABEL · RESTYIAN	#6 ARVIV · CRESCENT	VAL · AVGUSTALIS
EGRIL · AVGUSTAL	IVNVS · EVTVCIVS	15 MATIL · HVLAS	15 IVLIVS · PELIVS
10 LAN · CL · ZOSIVS	IVNVS · VERVS	SEKIL · SEVERIM #6	VAL · TERENTIVS
CALPET · HERCLIAN	MARCI · CERIALIS	TADI · CERIALIS	FLAV · IVSTIVS

- 13 IVLIVS - FELIVS
VAL - TERVALIVS
BRITT - ORIENS
CLAVD - SYNFOR
20 LVGRET - FELICISSIM *de riddere*
LETOREI - CERESIS
AEL - PECVLIARIIS
TREBON - AVOSTAL
1000
- DEC - XVI.**
SERG - MECVRIVS
AVREL - ARTOCMAT
EGRIIL - FELIX
ANTON - FORPOSUS
3 VIBI - PRIMITIVOS
NONI - ADAVCTVS
ORCVIS - SANCTVS
VERVLAN - FELIX
VETTI - FORTVNVS
10 STATILVS - VICTOR
MARC - GENIALIS
FLAV - LIBERALIS
MALI - CASSIANVS
SALV - FORTVNVS
15 MATVC - EVTTCHES
NOVIVS - GARVVS
SATRI - EVFEMVS
1000
- CA - MNDIC**
OCTAV - FVSCVS
DEC - XVI.
LICIN - PRIBATVS
IVLIVS - GALATA
TREBI - LIBERAL
FONTEI - FESTVS
3 LIBI - AELIPIADES
CAETR - PRIMITIB
HELB - SECVNVS
PREEL - SATVANIN
IVL - SALLVSTIVS
10 MAL - RVSTICVS
MAL - CASSIANVS
OSTVL - LVCANVS
IVL - FORTVNATVS
IVL - LVCRIO
15 DASVM - DEXTER
COSID - CLEMENTIN
CAECIL - SATVVS
PLAR - PRIBATVS
SALVST - CALPURN
20 TETTI - LVPERCIAN
DOMIT - CERTVS
ANTON - MARO
- 15 MARIL - RVSLVS
FLAV - IVSTVS
IVL - MARTIALIS
STATIL - ASCLERHAD
20 CVRIVS - RVFVS
DEC - XII.
PLOT - CHRISIMAN
DOMIT - ATRIBANVS
NVM - CRESCES
FORTVNVL - LIBERAL
3 TETTEVVS - ISIDORVS
HOSTIL - IANVARIVS
FVTVVS - SEVERVS
IVL - LICINIANSVS
HADRIATIC - FELIX
10 LABER - CRESCES
VILLI - VICTORIN
VAL - FELICISSIM
ANNIVS - HISMERNVS
CVRI - SECVN DIN
15 VAL - MAXIMVS
IVN - RESTVTVS
CLAVD - LEORAS
CAETR - ONESIVS
LICIN - HERMER
20 MAGNI - FORTVNAT
CVLT - EVANTO
- VAL - BLASTIAN
STYMI - FELICISSI
FELIVS - RVFVS
CORN - ANTVS
3 CORN - AGATHOP
- 15 MATIL - RVSLVS
TADI - CERVALIS
CASSI - ALEXAND
SVLL - IANVARI
20 IVL - APRODISIVS
POMP - BARERAX
AEMIL - ADANTVS *de*
DEC - VIII.
TERENT - MARCELLIN
IVNIVS - FIRMVVS
LVCIL - BARBARVS
VETTI - NVCIANVS
3 AEBVTI - BICTOR
COELI - EVTTCHES
AELI - CLEONYM
SERG - PVDENVS
FLAVIVS - FELICIO
10 SEDIVS - LAVRVS
KVSTICEL - FELIX
FLAVIVS - MAXIMVS
AEL - MILARVS
VOLT - EVTTCHES
15 HEREN - HILARIAN
CLAVDIVS - NEON
CONNEL - LICINIAN
MAGN - ANTONI
CAECIL - HERMA
- FVBL - ZO
DEC - ^m
CORN - EVT
POMPON - VITA
FLAV - SABIN
BAL - FELICISSIE
3 OCTAV - VITALIO
- 15 IVLIVS - EVTTCHES
MARC - BERGENTIA
10 VLVVS - CRESCENS
SALINAT - CARVVS
LIVL - VYXANO
CAECIL - AGRAPPA
VIVV - AGATHOPY
20 DASVNI - FELICISS *de*
TVLLI - ANCVSTAL *de*
EGRELI - FELIX
DEC - VI.
CLAV - SOSIPOLIS
IVLIVS - EVFOR
VIENNI - ZOSIMAN
FABI - FILISCVS
3 FABI - OPFIVS
LABER - DONATIVS
CORN - PRIMITIVS
QVINTILIO - FELIX
CLAV - BRAGATHV
10 OCTAV - AMPLIAT
CLAV - EVFRAS
AEMIL - GEMELL
HOSTIL - LVCLIVS
TVLLI - ANGVRLIN
15 SCANT - IVSTVS
- V - GENIVVS
DEC - VII.
A - SATVANIN
XLL - MARO
FABI - BICTOR
LARC - IENAEV
LVCCIE - PRIMVS
- 10 EGRIC - AVOSTAL
CALPET - BERECIAN
APOSIM - UL - MINERV
GELLIVS - FELIX
BRVTT - TERTVLLIN
15 NOBIVS - BITALIS
KVRI - SECVN DIN
IVLIVS - FELIX
EGRIC - PROSPHOR *de*
VALER - STERCEVVS
20 MIND - SPALLANT *de*
ABIGE - MARCIAN
DEC - III.
POMP - APRODISIVS
SC FABI VS - PRIMVS
TVLLI - EMFRODIT
RODONIVS - IVSTVS
3 PVLCI - FVLGINIAN
ATILIVS - PVRVVS *de*
CERELL - IERONIM
EPIVVS - DONATIVS
VLRIVS - FELIX
10 CLAVDI - DILIGES
CALP - MARTIALIS
TV - ORVVS
- LEP - M
FABI - BICTOR
FVLGINI - OSTIER

4569 basis marmorea, statuae recipiendae aptata, inscripta in fronte et in latere sinistro. Rep. *casa dei triclinii* fracta in duas partes, superiorem et inferiorem, pars inferior loco antiquo; pars superior fu tolta per essere adoperata come materiale di costruzione di una tardissima chiusura a secco fatta nel corridoio che gira intorno al cortile della casa. Tota basis exstat nunc suo loco in priorem statum composita. Fracta autem est infra inscriptionem frontis, quae integra exstat; inscriptionis lateris exigua pars periiit parte superiore ab inferiore abrupta.

(Textum vide pag. 676. 677.)

Descripti et contuli iterum atque iterum ad lapidem, ex parte etiam ad ectypum et ad imaginem photographiam. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 380 sqq. ad apographum meum (imaginem lateris tab. XXVIII).

Nomen corporis, cuius numerus caligatorum decur(iarum) (sedecim) Septimio Severo a. 198 statuam dedicavit et nomina corporatorum decuriatim descripta lateri basis incidenda curavit, non expressis verbis indicatur; cognoscitur autem cum ex aliis indiciis tum inde, quod titulum supra n. 160 numerus caligatorum decur(iarum) XVI colleg(ii) fabrum tignuar(iorum) Ostis posuit, et titulum supra n. 374 universus numerus caligatorum collegi fabrum tignuarior(um) Ostiens(ium) dedicavit magistro quinquennal(i) collegi fabrum tignuariorum... et decurioni eiusdem numeri decur(iae) XVI (i. e. sextae decimae, v. infra).

Ea re, quod in hac inscriptione — ut in alia simili (supra n. 128) anno 285 dedicata — nomen ipsum corporis omissum est, demonstrari videtur domum, in qua basis reperta est, fuisse scholam ipsius collegii fabrum tignuariorum, ita ut nomen dedicantis dubium esse non posset; etiam basim supra n. 128 in illa domo positam fuisse putaverim. Accedit quod ibidem exstat in opere tectorio expressa inscriptio lapidis Marti a magistro quinquennali quodam eiusdem collegii dedicati (supra n. 4300).

Titulus frontis facilis, album satis difficile lectu est; nam propter angustias spatii, quibus coactus lapicida nomina decuriae XVI infimae parti lapidis inscripsit, litterae parvae et spisse positae sunt; superficies lapidis ita corrosa est, imprimis a parte dextra extrema, ut nomina columnae quintae nisi sole adiuvante omnino non legi possint, ut taceam de vestigiis quae supersunt supra et infra ipsam lacunam. Itaque in notis quae sequuntur cum alia dabo tum lectiones incertas indicabo; ubi nil dicam, lectio mihi certa est, ubi 'sic videtur', paululum incerta.

Noli exspectare plenam collationem nominum huius albi et ceterarum inscriptionum Ostiensium; quaecumque autem nomina inter se congruentia non plane vulgaria mihi videbantur, notavi. In hoc albo ipso eadem nomina bis vel ter inveniuntur haec: *Iulius Primus* dec. III 2—XIII 15; *Vivius* vel *Vibius Primitivos* III 6—V 5—XV a, 5; *Egrilius Felix* V 22—XV a, 3; *Mallius Maro* VII, 2 (?). 18; *Iulius Fortunatus* X 8—XVI 13.

I 2 *Ap. Arrenus Appianus* magister vici urbis Romae C. VI 766 = Dessau 3309 fortasse idem vel propinquus eius. — 7 *Galumedes* = *Galymedes* nomen rarum, non recensetur apud Pape-Benseler inter nomina Graeca. *Galymedes Tauri* l. C. VI 6288 = Dessau 7436. — II 4 cognomen in litura scriptum est. — 6 *M. Peticius Cresces* posuit titulum supra n. 916. — 12 *Aposimul* (): sic descripsi dubitans; lectio mea imagine et ectypo comprobari mihi videtur. Nominis *Aposimul* () alia testimonia non habeo. — 18 *Prospor(us)*: dubito sitne Πρόσφορος an errore lapicidae scriptum pro *Phosphor(us)*. Cf. dec. III 17 *Posforus*, XV 4 *Fosforus*. — 20 *Spaliant* () nomen mirum. — 21 *Abigei* (): notavi legi posse etiam *Abiget* (). Nomen in homine inauditum; equus *Abigeus* est C. VI 10048 = Dessau 5287 (quater). Cogitavi etiam de *Abicellius* (C. XII 215, cf. Schulze *Zur Gesch. lat. Eigennamen* p. 111), sed littera G certa est. — III a 2 nomini antecedit SC; *scriba* explicavit Dessau, cf. supra n. 347. — 4 *Rodonius*: sola prima littera mihi paululum dubia erat. Alibi hoc nomen non inveni; *Rodioniam* habemus C. VI 25442 (cf. Schulze p. 222 not. 5; 306). — 5 videtur esse *Fulci(nius)*. — 7 *Cerellius Ieronim(us)* fortasse idem atque sacerdos Mithrae *M. Cerellius Hieronymus* supra n. 70 = *M. Caerellius Hieronimus* supra n. 4343. — 12 --obus (e. g. [*Pr*]obus) an --orus (e. g. [*Theod*]orus), incertum. — III 4 *Iulius Niceforus* posuit titulum supra n. 1193; cf. etiam infra n. 5378. — 4 *Sentius Felix* vix idem atque *Cn. Sentius Felix* supra n. 409. — 17 cf. ad II 18. — 18 SYNFORA descripsi (fin. laesura, sed nil videtur perisse); *Synforianus* proponit Dessau, et sic legi posse persuasit mihi imago photographica. — V 4 cognomen *Ias* solet muliebri esse (infra n. 5113. C. III 2613. V 1232 et saepius); virile

habes etiam supra n. 201. — VI a 4 de Claudio Sosipole dicam infra. — 9 cf. infra n. 5344. — 13 lege *Lucillus*. — VI b 4 littera L incerta. — 2 *Gentil(is)*. — VII 1 fortasse [*Fl*]a(vius); cf. *Fla(vius)* dec. X 20. XI 3. — 2 fortasse [*M*]all(ius). — 5 in. potest esse una ex litteris C G O Q; deinde videtur esse [*P*]robus. — 11 fortasse *Rustice(lianus)*. — 12 *Aephebu(s)* = *Ephebus*. — 14 *Gargilius Felix*, cuius diem natalem habemus in inscriptione eiusdem aetatis supra n. 326, 6, idem esse videtur. — VIII 4 cf. infra n. 4973. — 5 *Aeren(us)* (C. VI 5360, cf. Schulze l. c. p. 278 not. 3. 344) vel *Aeren(nius)* (= *Herennius*? Schulze p. 111). — 17 cf. n. 4565 II, 13. — 21 *Barrax* cf. *Barras* cogn. virile C. IV 3477. — X 4 *Bal* () i. e. sine dubio *Val* (); b pro v in hoc albo saepe. — 14 cf. n. 4586 II, 5. — XI 2 *Salin(ator) Chryser(os)* vel *-er(otianus)*. — XII 2 *Domit(ius) Aterianus* fortasse idem atque *Q. Domitius Aterianus* quidam *pat(er)* supra n. 37 (cf. p. 568) et is qui posuit coniugi titulum supra n. 912. — 4 *Postumul(enus)* vel *Postumul(eius)* (Schulze p. 215. 459 sq.). — 9 descripseram HADRIALIC; sed nomen HADRIATICVS gentilicii loco clare legitur in fragmento quodam fastorum Augustalium eiusdem aetatis (supra n. 4562, 2 b v. 4); idem nomen quamvis mirum hic quoque exstare persuasit mihi imago photographica. — 10 sq. cf. n. 4609. — Versus inde a lacuna secundus ex parte periiit; pars quae exstat videtur scriptura vacua esse. Pro numero nominum hic potest incipere decuria XIII, et sic numeravi; sed spatium, quod periiit, angustius videtur, quam ut inscriptioni DEC·XIII suffecerit. — XIII 2 descripsi //ASTVMI; nescio an legendum sit [*Po*]stumi(us). — 4 sic videtur. — 6 vestigia incerta. — 11 cf. infra n. 5176. — 16 *Hermad[or(us)]*. — XIII 2 *Egril(ius) Isio* fortasse = *A. Egrilius Ision*, qui filio *A. Egrilio Secundo Trheptiano scrib(ae) colleg(ii) fabr(um) tignuariorum Ost(is)* — scilicet eius collegii cuius album ante oculos habemus — titulum sepulcralem supra n. 347 posuit. — 21 *L(a)etori(us)*: sic videtur. — XV a 4 de Sergio Mercurio dicam infra. — 4 sic videtur; cf. ad II 18. — 7 sic videtur. — 11 sic videtur; sed cognomen non plane certum. — 12 gentilicium valde corrosum, incertum. — 18 *Tempo* --: quod cognomen subsit, mihi incertum. — XVI 4 de Licinio Pribato dicam infra. — 6 *Caetranus Primitivus* supra n. 380; idem? — 12 lectio certa; gentilicium videtur esse *Ostul(enius)*, cf. infra n. 5051. — 16 sic videtur. — 18 *C. Plarius Privat(us) sen(ior)* cessit ad cumbitorium *Plariae Privatae libertae suae* supra n. 1473.

De collegio fabrum tignuariorum egit Dessau supra p. 8 sq. Ex albo anni 198, quod nunc habemus, discimus decurias singulas numero sodalium inter se diversas fuisse; ex undecim enim decuriis, quae nobis integrae servatae sunt (I. II. III. V. VII. VIII. X. XI. XIII. XIII. XVI), sex habent sodales inscriptos viginti duos (I. V. VIII. X. XIII. XVI), duae (II. VII) unum et viginti, una (III) undeviginti, una (XI) viginti, una (XIII) viginti tres. Numerus solitus videtur fuisse viginti duo; et totidem corporati recensentur in decuria X collegii fabrum tignuariorum Romae, cuius album exstat C. VI 9405 = Dessau 7238 (de decuriis collegiorum cf. *Waltzing Les corporations professionnelles* I p. 360).

Tres ex numero caligatorum scilicet Sergium Mercurium dec. XV 4, Licinium Pribatum XVI 4, Claudium Sosipolim VI 4 invenimus munere magistrorum quinquennalium eiusdem collegii fungentes in latere basis marmoreae supra n. 128, quae dedicata est *cura agentibus Cn. Sergio Mercurio, M. Licinio Privato, Ti. Claudio Sosipole magistris qq. lustri XXIX*. Eidem M. Licinio Privato titulus n. 374 dedicatus est, quem supra attuli. Neque casui tribuendum puto, quod hi tres viri in sua quisque decuria primi recensentur; apparet eos a. 198 iam ex plebe collegii promotos fuisse, scilicet ad decurionatum. Decuriones enim i. e. principes decuriarum fuisse in collegiis fabrum tignuariorum et Ostiae (supra n. 128. 330. 374; cf. 2630) et alibi scimus iam pridem (cf. *Hirschfeld Kl. Schriften* p. 106. *Liebenam Zur Gesch. und Organisation des röm.*

Vereinswesens p. 191. Waltzing l. c. I p. 361. 379); quodsi *M. Licinius Privatus* supra n. 374 est *magister quinquennal(is) collegi fabrum tignuariorum . . . et decurio eiusdem numeri decur. XVI*, eiusdem autem nomen affertur in hoc albo inter sodales decuriae sextae decimae primo loco, vix erraverim, si in illo titulo vocabulum abbreviatum *decur.* explico non, ut adhuc factum est et fieri debuit, *decur(iarum)* — scilicet *decurio eiusdem numeri decur(iarum) (sedecim)* —, sed *decur(iae)*, scilicet *decurio eiusdem numeri decur(iae) (sextae decimae)*; cf. C. XI 125 = Dessau 8242 *decurio c(ollegii) c(entonariorum) m(unicipii) R(avennatis) dec(uria) (septimae decimae)*, C. V 5869 = Dessau 6730 (Mediolani) *dec(urio) dec(uria) (quintae) ex (centuria quarta) coll(egii) fabr(um) et centon(ariorum)* [nisi explicandum est *dec(urialis)*, cf. Waltzing I p. 360 sq.]. Ut *Licinius Privatus* decurio decuriae XVI, ita *Sergius Mercurius* fuisse putandus est decurio decuriae XV, *Claudius Sosipolis* decurio decuriae VI, *Ragonius Chrysanthus* decurio decuriae I etc.; et ut res eo certior sit, primo nomini decuriae X collegii fabrum tignuariorum Romae C. VI 9405 = Dessau 7238 additur vocabulum *decur(io)*.

Qua ratione nunc prorsus affirmatur, quod Dessau aliis indiciis nixus suspicatus est inscriptionem frontis supra n. 128 a. 285 imperatori Diocletiano dedicatam recentiore esse inscriptione lateris, frontem igitur titulo priore deleta a. 285 iterum inscriptam esse inscriptione lateris integra relicta; neque enim fieri potuit, ut decuriones anni 198 anno 285 munere magistrorum fungerentur.

Inde, quod tres sodales anno 198 decurionatum gerebant iidemque lustrum collegii XXIX magistri quinquennales erant, concludendum est fabros tignuarios Ostienses circa annum 198 lustrum XXIX collegii sui numeravisse¹⁾ (num illi tres viri eodem tempore et decuriones et quinquennales fuerint, utrum igitur album anni 198 et titulus lustrum XXIX aequales putandae sint necne, haud satis certe diiudicari potest, qua de re hic exponere longum est). Qua ratione nixus determinavi supra in praefatione aetatem earum inscriptionum, in quibus lustra collegii fabrum tignuariorum afferuntur (v. p. 611).

¹⁾ Ratio mea comprobatur fortasse titulo supra n. 459, v. p. 611 not. 40.

4570 tabula marmorea marginata, ad usum posteriorem (v. infra) mutilata et in duas partes, superiorem et inferiorem, secta, eo modo ut sectura per medias litteras versus 18 ducta sit; a. 0,96, l. 0,64, cr. 0,045; litterae a. 0,017–0,012. Rep. *adoperata a rivestire le pareti della fossetta di sacrificio di un tardo mitreo presso la porta principale della città* (Calza l. infra c.; cf. Paribeni *Not. d. sc.* 1920 p. 162). Est proposita in museo Ostiensi.

LOCVS·ADSIGNATVS·A·CALLISTO
AVG·LIB·PROC·
CVLTORIB·LARVM·ET·IMAGINVM
DOMINORVM·NOSTRORVM·
5 INVICTISSIMORVM·AVGVSTOR·
PRAEDIORVM·RVSTICELIANORVM·
AD·SOLLEMNES·DIES·CONFRE
QVENTANDOS·CVRANTE·MAXI
MIANO·AVG·N·VERNA·VILICO·
10 EORVNDEM·PRAEDIORVM·SICVT
LITTERIS·AB·EODEM·CALLISTO
sic EMISSIS·CONTINENTVR·DEDIC·
KAL·IVNIS·IMP·ANTONINO·PIO·
FELIC·AVG·II·CÖS·
sic 15 EX·EMPLVM·LIBELLI·
CALLISTVS·MAXIMIANO·
LIBELLVM·DATVM·MIHI·A·CVL
TORIBVS·LARVM·AVG·AT·TE·MISI·
OPORTVERAT·TE·IN·TAM·RELIGI
sic 20 OS·AM·REM·IPSE·ETIAM·OMNE·SOLLI
sic CI·TVDINE·ADHIBVISSE·VT·LOCVS·
OLIM·CONSACRATVS·CONFRE
QVENTETVR·PRO·SALVTE·DOMI
NORVM·NN·AVGG·QVOD·VEL·NV
25 ETIAM·VOLENTIBVS·CVLTORIBVS
FACERE·INTERVENIRE·CVRA·VT·SI
sic NE·RECRATIONE·MVNDETVR·

Descripsi ad imaginem photographiam, contuli ad lapidem. Edid. Calza cum imagine et supplevit *Not. d. sc.* 1921 p. 235 sqq. Tractavi *Sitz.-Ber. Berl. Ak. phil.-hist. Kl.* 1928 p. 43 sqq.

Locus adsignatus a Callist[o] Aug(usti) lib(erto) proc(uratore) cultorib(us) Larum et imaginum dominorum nostrorum invictissimorum Augustor(um) praediorum Rusticelianorum ad sollemnes dies confrequentandos curante Maximiano Aug(usti) n(ostri) verna vilico eorundem praediorum, sicut litteris ab eodem Callisto emissis continetur, dedic(atus) kal(endis) Iunis imp(erator) Antonino Pio Felic(e) Aug(usto) (iterum) co(n)s(ule).

Exemplum libelli (sequitur spatium vacuum).

Callistus Maximiano. [L]ibellum datum mihi a cu[l]toribus Larum Aug(ustorum) at te misi. Oportuerat te in tam religi[os]am rem ipse etiam omne(m) solli[ci]tudine(m) adhibuisse, ut locus [o]lim consecratus confrequentetur pro salute domi[n]orum (nostrorum) Augustorum duorum, quod vel nu[nc] etiam volentibus cultoribus [f]acere intervenire cura, ut s[ic]e recrastione mundetur.

13 sq. i. e. Antoninus Severi filius, haud Antoninus qui et Elagabalus: cf. v. 4 sq. Deest nomen Getae alterius consulis (cf. e. g. C. X 5064 = Dessau 2667). — 18 de punctis in hoc versu propter rupturam lapidis (v. supra) non constat.

Praedia Rusticeliana (v. 6) pertinent, ut titulus ipse docet, ad patrimonium imperatorum; nomen traxerunt ab eo, cui antea propria fuerant, scilicet a Rusticelio quodam; cf. corpus traiectus Rusticelii supra n. 4553 sqq.¹⁾ Quibus in praediis assignatur cultoribus Larum et imaginum Septimii Severi et Antonini filii eius a procuratore patrimonii (v. 2) locus ad sollemnes dies celebrandos; qui locus mundatur (v. 27) curante vilico eorundem praediorum (v. 8 sqq. 26 sq.). Cf. titulum urbanum C. VI 30983 = Dessau 3840 *Numini domus Aug. sacrum. Aesculapio et Saluti Aug. collegium salutar., loco adsignato ab proc. patr. Cae. n., a solo fecerunt: Felix ver., Aspergus Regianus, Vindex ver., vilici prediorum Galbanorum, et plebs* (sequuntur nomina 56). Cultores Larum et imaginum imperatorum habemus e. g. Romae C. VI 507 = Dessau 3440. C. VI 674 cf. 30808 = Dessau 3543; Poetovione C. III 4038 = Dessau 7120; Tipasae in Numidia C. VIII 17143 = Dessau 6778; cf. etiam *Eph. ep.* VIII 210 et titulum rep. *sur le côté droit de la route qui va de Tor Paterno à Castel Fusano* quem edid. Carcopino *Virgile et les origines d'Ostie* (1919) p. 255 (v. 5 sq. [---] *magines dominorum [um] [---] Caes]aris saltuariorum d[---]*); ceterum *immunis* quidam *Larum Aug.* est supra n. 367 (a. 182). — Cultores procuratori libellum dederunt (v. 17 sq.), ut ab eo locum assignandum peterent; quo libello commotus procurator vilico litteras (v. 11) misit, quarum litterarum apographum cultoribus ipsis dedit. Cultores textu apographi, qui ab epistula ipsa eo differt, quod exemplum libelli haud repetitur, in hoc titulo conscribendo usi sunt: cf. quae exposui l. c. p. 45 sq. — *Secus epistulam imperatoris locus sacer assignatur collegio cuidam Bovillensi in titulo quem citavi infra ad n. 4627 fin.*

¹⁾ Nunc etiam infra n. 5327 sq.